

si portata fuerint ad loca, in quibus nos soluimus doanam et hij predicti ordines seruari debeant, non obstantibus aliquibus alijs ordinibus supra predictis hactenus constitutis in contrarium facientibus.

LIV. Anno domini MCCCLXXXVIII. die XV. mensis Junij. In maiori consilio sono campane more solito congregato in quo interfuerunt consiliarij LXXII. fuit captum et firmatum per LVII ipsorum consiliiorum, quod soluatur de quolibet milliari casei et sepi, quod extrahitur de Raguseo ypp. quinque portando ipsum extra Ragusinum districtum.<sup>197)</sup>

LV. Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXXI ipsorum consiliiorum, quod quilibet Raguseus, qui extraxerit de Narento uel miserit caseum ad aliam partem quam Ragusium siue uenderet forasterio soluat ypp. duos de milliari pro doana. Et qui contrafecerit soluat yperp. XXV. et perdat caseum. Et quincunque accusauerit, contrafacentem habeat mediataatem bannj, si per eius accusam veritas poterit reperiri et tenebitur de credencia. MCCCLXXXVII predicte due reformationes fuerunt hic transscripte extracte de libris reformationum maioris consilij . . . temporis de mandato domini Rectoris s. Johannis de Grade et sui parui consilij. Item in eodem maiori consilio captum fuit et firmatum per LXIX dictorum consiliiorum, quod soluantur pro quolibet miliari scotani, quod extrahetur de Ragusio gross. duodecim. Registrata hic de man. ut sup. Darauf folgt mit anderer Schrift: hic ordo de scotano cassus est in maiori consilio ipso remanente in forinsecorum cum alijs mercancijs ut supra scriptum est.<sup>198)</sup>

Die folgenden sieben Seiten sind fast ganz leer und enthalten nichts als Namen des famulus und scribanus doane, Paulus Dominici de Pureo vom Jahre 1483, eine Liste von justicieris vom Jahre 1430, die Sprüche „qui legem facit, legem debet tuari“, „qui leges facit, leges debet soproari“, dann folgende später durchstrichene Verordnung:

Anno domini milesimo trecentesimo quinquagesimo primo die septimo mense Novembbris. In maiori consilio sono campanarum more solito et gregato, in quo quidam consilio interfuerunt consiliarii LXXIV. captum fuit et firmatum per lo XXII ipsorum consiliorum, quod quilibet Raguseus uel Ragusea, qui uel que emeret drapariam uel aliam mercationum de quibus debet solui dohana, in quaunque parte ipsam emerit volens ipsam mittere

<sup>197)</sup> Randbemerkung: De sepo fuit correctum et ordinatum quod beccarij soluant duos folatos pro libra qualibet sepi.

<sup>198)</sup> Unter diesem Passus findet sich folgende, nur theilweise vollständig genau zu lesende Stelle in Cursivschrift:

M. CCCC ad (?) VIII. marzo Popresci (?) li trastori (?) et alj X. d. de dicto mese sono scapitati . . .

Nicola de gamagnio

Jaxa suo frater

Laurencio de Bodaca

Simon suo frater.